

Morten Thrane Brünnich

f. 1737. d. 1827.

(37) Domino Perillustri
 Experientissimo Celeberrimo.

Progressum meum, si quem fecerim, in historia naturali scriptis Tuis, per orbem terrarum nunquam satis laudandis, maxime debeo, adeò ut Te, Vir Perillustris, licet absentem, meum gratò animò agnoscam Ductorem: Permitte itaque, ut huncce Prodromum insectologiæ Siællandicæ, tanquam primitias laborum meorum, Tibi offeram; accipe propitius hoc qualecunque deuotæ mentis munus. Exempla exstant euidetissima fauoris Tui etiam in exteros, inprimis septentrionis filios, insignis, hinc Te potissimum, Vir Perillustris, humillime rogo, ut me in eorum adsciscere velis numerum, quos pateris ad Te tanquam optimum Mæcenatem accedere.

Tanti Nominis

Hafniæ

Cultor observantissimus

d. 25 Aprilis Anno 1761.

Martinus Thrane Brünniche

a Monsieur Mons^r Charles Linnæus Chevalier de Nordstierne Archiatre de Sa Majesté le Roi de Suède etc.; Professeur à l'Academie d'Upsal, Membre des Societes des Sciences d'Upsal, de Stockholm, de Petersbourg, de Berlin, de Vienne, de Londres, de Montpellier, de Thoulouse, de Florence.

(38) Perillustri et Generoso Viro
 S:!

Duos abhinc annos oculis Tuis subicere sustinui ea, quæ imperfecte de Insectis Siællandicis tunc ex meis proferre valui, quæ benignis et fauentibus oculis Te excepisse, saltem accepisse mihi gratulor. Eodem Tuo fretus favore novum offero specimen, tractans historiam Anatis mollissimæ. Appendix addita continet Objectiones viri cujusdam Reverendi, historiæ naturalis patriæ peritissimi, quas, utpote ms^{to} divulgatas, instinctu fautorum publice una cum meis responsionibus